



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum uerecundia sit uirtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

te mouetur contra bonum rationis sic in naturalibus contingit monitum fieri. Sed quia doctrina moralis de his est quae sunt in pluribus & continentia ac incōtinētia, temperantia, & mansuetudo. & vniuersaliter virtutes secundum ea quae ut in pluribus inueniuntur, pensantur, ideo de possibili morali loquendo, dicendum est quod non potest insurgere apud temperantiam & mansuetudinem motus passionis commouentis volentem, qui pertinet ad continentiam, vel incontinentiam.

In corp. ar.

ponitur pars iustitiae, sed temperantia.

AD IIII. dicendum, quod Tullius sub modestia comprehendit omnia illa quae pertinent ad moderationem corporaliū motuum, & exteriorum rerum, & est moderatio ipsi, quae diximus ad humilitatem pertinere.

QVAESTIO CXLIII.

De partibus temperantiae in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus temperantiae in speciali. Et primo, de partibus quasi integralibus, quae sunt verecundia, & honestas.

CIRCA verecundiam autem quaeruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum verecundia sit virtus.
- ¶ Secundo, De quibus sit verecundia.
- ¶ Tertio, A quibus homo verecundatur.
- ¶ Quarto, Quorum sit verecundari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum verecundia sit virtus.

1. diff. 23. q. 2. ad 2. Et 4. diff. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 5. Et verus. 26. art. 6. ad 15. Et 4. Ethic. 17. pri. Li. 2. c. 6. cōmo 5. Lib. 2. ca. 7.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt quod verecundia sit virtus. Esse enim in medio secundum determinationem rationis, est proprium virtutis, ut patet ex definitione virtutis, quae ponitur in 2. Ethic. sed verecundia consistit in tali medio, ut patet per Philo. ibidem. ergo verecundia est virtus.

¶ 2. Præ. Omne laudabile vel est virtus, vel ad virtutem pertinet: sed verecundia est quoddam laudabile, non est autem pars alicuius virtutis. Non enim est pars prudentiae, quia non est in ratione, sed in appetitu: neque etiam est pars iustitiae, quia verecundia passio non quando importat, iustitia autem non est circa passiones: similiter non est pars fortitudinis, quia ad fortitudinem pertinet persistere & aggredi, ad verecundiam autem refugere aliquid. Neque est pars temperantiae, quia temperantia est circa concupiscentias, verecundia autem est timor quidam, ut patet per Philo. in 4. Ethic. & per Damasc. in 2. lib. Relinquitur ergo quod verecundia sit virtus.

¶ 3. Præ. Honestum cum virtute conuertitur, ut patet per Tullium in 1. de Offic. sed verecundia est quaedam pars honestatis, dicit enim Ambrosius in 1. de offic. quod verecundia est societas familiaris mentis placiditati, proteruitiam fugitans, ab omni luxu aliena, sobrietate diligit, & honestatem fouet, & decorem requirit. Ergo verecundia est virtus.

¶ 4. Præ. Omne vitium opponitur alicui virtuti: sed quaedam vitia

Lib. 4. c. 16. to 5. Dama. lib. 2. c. 15. Lib. 1. in ca. de temperantia. Amb. lib. 1. c. 42. paulo a prin. 10. 5.

Ad hoc respondet author inferius in quaestio. 185. tertiae partis, ubi dicit non esse eandem rationem de poenitentia, & verecundia, quia verecundia respicit turpem non solum ut praeteritum, sed ut praesens: poenitentia au-

opponuntur verecundiae, & inordinatus timor. ergo verecundia est virtus. ¶ 5. Præ. Ex actibus similes habitus generant, ut dicitur in 1. 2. Ethic. verecundia importat actus laudabiles. ergo ex multis habitibus laudabilium operum est virtus, ut patet per Philo. in 1. Ethic. ergo verecundia est virtus. Sed contra est, quod Philo. dicit in 2. & 4. Ethic. verecundiam non esse virtutem.

RESPON. Dicendum, quod virtus dupliciter accipitur, proprie. Licet committere. Proprie quidem virtus perfectio quaedam est, ut dicitur in 7. Præ. & ideo oportet illud quod repugnat perfectioni, et si sit bonum, debeat ratione virtutis: verecundia autem repugnat perfectioni. est enim timor alicuius turpis, quod est exprobabile. Vnde Damasc. dicit quod verecundia est timor de turpi actu. Sicut autem spes est de bono possibili & arduo, ita est timor de malo possibili & arduo, ut in praehabitu est, cum de passionibus ageret. Ille autem qui est perfectus in habitu virtutis, non apprehendit aliquid exprobabile, & turpe ad faciendum, ut possibile est, & deum. id est difficile ad vitandum. Ergo ad actum facit aliquid turpe, unde opprobrium timeat. Vnde verecundia, proprie loquendo, non est virtus: debeat enim ad perfectionem virtutis. Committitur autem de virtute quod est bonum & laudabile in maius actibus, vel passionibus. Et hoc quandoque verecundia dicitur virtus, cum sit quaedam laudabilis passio.

AD PRIMUM ergo dicendum quod esse in medio non sufficit ratione virtutis, quamuis sit particula posita in virtutis definitione: sed requirit ulterius, quod sit habitus electus. id est electio ne operas. Verecundia autem nominat habitus, sed passio: neque motus eius est electio, sed ex impetu quodam passionis: unde deficit a ratione virtutis.

AD II. dicendum, quod sic ut dicitur in 1. de Offic. dicitur quod est virtus timor timor dicitur, & exprobratio. Dicitur autem supra, quod vitium est turpissimum & maxime exprobabile: & ideo verecundia proprie pertinet ad temperantiam, quae aliquid aliud virtutis rationem motus, est turpe non autem in seipsum. Scdm tñ quod vitia alijs virtutibus exprobabilia, per se verecundiam remouendo ea quae sunt habitus ita quod pertingat ad perfectionem

est, verecundia est timor timor dicitur, & exprobratio. Dicitur autem supra, quod vitium est turpissimum & maxime exprobabile: & ideo verecundia proprie pertinet ad temperantiam, quae aliquid aliud virtutis rationem motus, est turpe non autem in seipsum. Scdm tñ quod vitia alijs virtutibus exprobabilia, per se verecundiam remouendo ea quae sunt habitus ita quod pertingat ad perfectionem

AD QUARTVM dicendum, qd quilibet defectus causat uirium, non autem quodlibet bonum sufficit ad rationem uirtutis: & ideo non oportet quod omne illud, cui directe opponitur uirtutum, sit uirtus: quamuis omnium uirtutum opponatur alicui uirtuti secundum suam originem. Et sic in uerecundia in quantum prouenit ex nimio amore turpitudinum, opponitur temperantiae.

AD QUINTVM dicendum, qd ex multotiens uerecundari causatur habitus uirtutis acquisita, per quam aliquis turpia uitet, de quibus est uerecundia: non autem ut aliquis ulterius uerecundetur. Sed ex illo habitu uirtutis acquisita sic se habet aliquis, qd magis uerecundaretur, si materia uerecundiae adesset.

ARTICVLVS II.

Utrum uerecundia sit de turpi actu.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod uerecundia non sit de turpi actu. Dicit enim Philosophus in 4. Ethic. quod uerecundia est timor ingloriationis: sed quadoque illi qui nil turpe operantur, ingloriatione sustinent, secundum illud Psal. 68. Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. ergo uerecundia non est proprie de turpi actu.

¶ 2. Præ. Illa solum uidentur esse turpia, quæ habent rationem peccati: sed de quibusdam homo uerecundatur quæ non sunt peccata, puta, si aliquis exerceat seruituta opera. ergo uidetur quod uerecundia non sit proprie de turpi actu.

¶ 3. Præ. Operationes uirtutum non sunt turpes, sed pulcherrimæ, ut dicitur in 1. Ethic. sed quandoque aliqui uerecundantur aliqua opera uirtutis facere, ut dicitur Luc. 9. Qui erubescit me, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet &c. ergo uerecundia non est de turpi actu.

¶ 4. Præ. Si uerecundia proprie esset de turpi actu, oporteret quod de magnis turpibus homo magis uerecundaretur: sed quandoque homo plus uerecundatur de his quæ sunt minus peccata, cum tamen de grauissimis quibusdam peccatis gloriatur, secundum illud Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? ergo uerecundia non proprie est de turpi actu.

CONTRA est, quod Damasc. dicit in 2. lib. & Greg. Nyfenus, quod uerecundia est timor in turpi actu, uel in turpi perpetrato.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est cum de passione timoris ageretur, timor proprie est de malo arduo, quod scilicet difficile uitatur. Est autem duplex turpitudine. Vna quidem uitiosa, quæ scilicet consistit in deformitate actus uoluntarij: & hæc proprie loquendo, non habet rationem mali ardui. Quod enim in sola uoluntate consistit, non uidetur esse arduum, & eleuatum super hominis potestatem, & propter hoc non appre-

Ahenditur sub ratione terribilis. Et propter hoc Philosophus dicit in 2. Rhet. quod horum malorum non est timor. Alia autem est turpitudine quasi peccata, quæ quidem consistit in uituperatione alicuius, sicut quædam claritas gloriæ consistit in honore alicuius. Et quia huiusmodi uituperium habet rationem mali ardui, sicut honor habet rationem boni ardui, uerecundia quæ est timor turpitudinis, primo & principaliter respicit uituperium, seu opprobrium. Et quia uituperium proprie debetur uirio, sicut honor uirtuti, ideo est ex consequenti uerecundia respicit turpitudinem uitiosam: unde sicut Phil. dicit in 2. Rhet. minus homo uerecundatur de defectibus, qd non ex eius culpa proueniunt. Respicit autem uerecundia culpam dupliciter. Vno modo, ut alijs desinat uitiosa agere propter timorem uituperij. Alio modo, ut homo in turpibus quæ agit, uitet conspectus publicos propter timorem uituperij, quorum primum, sicut Greg. Nyfenus, pertinet ad erubescerem, secundum ad uerecundiam. Vnde ipse dicit, qd qui uerecundatur, occultat se in his quæ agit: qui uero erubescit, timet incidere in ingloriationem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uerecundia respicit proprie ingloriationem sicut quod debetur culpæ, quæ est defectus uoluntarius. Vnde Phil. dicit in 2. Rhet. quod omnia illa homo magis uerecundatur, quorum ipse est causa. Opprobria autem quæ inferuntur alicui pro uirtutem, uirtuosus quidem contemnit, quia indigne sibi irrogantur: sicut de magnanimis Philosophus dicit in 4. Ethic. & de Apostolis dicit Act. quinto, quod ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ex imperfectione autem uirtutis contingit quod aliquis uerecundetur de opprobrijs, quæ sibi inferuntur propter uirtutem: quia quanto est aliquis magis uirtuosus, tanto magis contemnit exteriora bona, uel mala. Vnde dicitur Ista. 51. Noli timere opprobrium hominum.

AD SECVDVM dicendum, qd sicut honor, ut supra habitus est, quamuis non debeat uere nisi soli uirtuti, respicit tamen quandam excellentiam: ita etiam uituperium, quamuis debeat proprie soli culpæ, respicit tamen ad minus sicut opinionem hominum, quemcumque defectum. Et ideo de paupertate, & ignobilitate, & seruitute, & alijs huiusmodi aliquis uerecundatur.

AD TERTIVM dicendum, qd de operibus uirtuosis, in se consideratis, non est uerecundia. Contingit tamen accidens quod aliquis de his uerecundetur, uel in quantum habentur ut uitiosa, sicut hominum opinionem, uel in quantum homo refugit in operibus uirtutis notam de præsumptione, aut etiam de simulatione.

AD QUARTVM dicendum, quod quadoque contingit aliqua grauiora peccata minus esse uerecundabilia uel quia minus habent de ratione turpitudinis, sicut peccata spiritualia quam carnalia, uel quia in quodam excessu temporalis boni se habent: sicut magis uerecundatur homo de timiditate, quam de audacia, & de furto quam de rapina, propter quandam speciem potestatis. Et simile est in alijs.

ARTICVLVS III.

Utrum homo magis uerecundetur a personis conuictis magis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod homo non magis uerecundetur a personis magis conuictis. Dicit enim in 2. Rhet. quod homines magis erubescunt ab illis, a quibus uolunt in admiratione

lib. 2. cap. 5. circa medietatem. tom. 6.

lib. 2. cap. 6. ante medietatem. tom. 6.

Nyfenus li. 4. de creat. hominis, c. 14.

lib. 2. cap. 6. aliquantulum ante medietatem. tom. 6.

lib. 4. c. 5. tom. 5.

q. 65. art. 3.

lib. 2. cap. 6. circa medietatem & post me.

Secunda Secunda S. Thoma. V V ne